



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

105 Declaratoria sententia ferri non debet, nisi praevia monitione, vel citatione.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

num. 9. Put. *decif. 1. lib. 3.* quia ex exhibitio-
ne processus ultimo loco facta apparet,
quod, qui confecit summarium, solitus
fuit omittere testes, qui nihilominus in di-
cto processu in pluribus actibus interfuis-
se leguntur.

103 Decimo septimo, † qui iurisdictiones,
seu fructus, redditus, & proventus,
ad Papam, & Sedem Apostolicam,
& quascunque ecclesiasticas personas
ratione Ecclesiarum, monasteriorum, &
aliorum beneficiorum ecclesiasticorum
pertinentes usurpant, vel etiam quavis
occasione, vel causa, sive Romani Pon-
tificis, vel aliorum ad id legitimam fa-
cultatem habentium expressa licentia se-
questrant, ut dicit. *Bull. Cœn. Domini, num.*

17. Appellatione enim iurisdictionum,
fructuumque, reddituum, & proven-
tuum, ad ecclesias & beneficia pertinen-
tium comprehenduntur bona quacun-
que ecclesiastica, quæ eo ipso, quod ec-
clesiæ sunt tradita, & oblata, sancta, &

106 religiosa censentur, *cap. pradia, cap. nul-
li 12. quest. 2. cum alijs de quibus infra.*

Personæ autem principales primò sunt u-
surpantes, secundò sequestrantes. Et ad
dictam excommunicationem incurren-
dam, requiritur, ut bona usurpentur,
aut sequestrantur, non qualitercunque,
sed ut res, proventus, seu redditus ec-
clesiæ: quia † fures, & latrones, qui hu-
iusmodi furantur, non incidunt in dictam
excommunicationis sententiam. *Navar.
in eodem cap. 27. num. 71. vers. sexta quod
Grass. decif. aur. cap. 18. num. 144. par. 1.
lib. 4. & Sayr. eod. lib. 3. cap. 21. num. 1.
2. & 4.*

Quæ opinio, quoad fures, & latrones
indistinctè procedit, sed quoad alias per-

sonas, iurisdictiones, bona, fructus,
redditus, & proventus ecclesiasticos usur-
pantes, habent locum in foro conscien-
tiæ tantum, in quo statur dicto peniten-
tiæ tantum, in quo statur dicto peniten-
tiæ; secus autem in foro contentioso, in
quo, secundum acta & probata, est judi-
candum. *Felyn. in cap. pastoralis. num. 23.
de off. deleg. & Gomez. in reg. de ann. pos-
ses. quest. 4. nu. 5.* Ideò allegando, bona
non esse ecclesiæ, aut ignorasse fuisse ec-
clesiastica, ab excommunicatione non
excusantur, si de contrario constat, nisi
essent bona de recenti empta, vel ecclie-
siæ donata, de quibus probabiliter igno-
rari posset. Contra usurpantes iurisdictiones,
fructus, redditus, & proventus ec-
clesiarum, seu beneficiorum ecclesiasti-
corum, † proceditur ad sententiam de-
claratoriam, non tamen de facto, quia
debet præcedere monitorium, seu cita-
tio, quæ requirantur, ut per *Put. in
decif. 271. num. 4. lib. 3.*

106 Monitorio enim canonica † trina præ-
cedere debet, aut tribus monitionibus
distinctis, vel unica pro trina, præfixo
in monitorio termino trium, vel plurium
dierum, aut etiam plurium horarum in
in tribus terminis distinctarum, ut fit,
quando, una dies pro primo, una pro
secundo, & ultima pro tertio, vel si ne-
gotium hoc requirat, octo horæ pro pri-
mo, octo pro secundo, & reliquæ octo
pro tertio & peremptorio termino, ac
monitione canonica; hoc enim casu uni-
ca pro trino monitione sufficit, *gloss. in
cap. statuimus, in vers. monitionem, & cap.
constitutionem. §. statuimus, de sentent. ex-
communic. in 6.*

107 Debetque fieri contra certas † perso-
nas, si personarum certitudo haberi po-
test,